



Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Imago 8. Opimum conuiuium vigilantium somnium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

zium minis : qua omnia in blandas lenocinantis voluptatis illecebras , & sauos irarum incursum cadunt , vt inde periculum incurras.

Toannes vbi delicijs cœlestibus adfluit, neque bibens, neque comedens (vt de eo Christus prædicat) ipse semper ieiunus opprobrat improbis vanâ è gulæ & cupediarum satie perennem famem. Cuius hæc vox.

Imago 8.

Opimum conuiuium vigilantium somnia.

1. Mandragora, sub qua dormit
 2. Paruus Ethiops puer, cui supra
 3. Caput nubes, in qua
 4. Pieta mensa opipara.
1. Somni Cupido
 2. Gula mancipium
 3. Somnium in somno,
 4. Inanis & fugiens opinio voluptatis.

Phaleucium.

C Vi nusquam cocus, aut focus, nec ignis,
Turdos, atragenas, capras, aprosq̄ue
Pieta Phasidis aduenas ab oris,
Perdices, hinulos, boues, ouesq̄ue,
Momento sibi decoquit struitq̄ue

Morphens

Morpheus in Siculas dapes, sed atro
 In noctis thalamo toroꝛque inani,
 Cui siccum fluit hinc & hinc falernum,
 Et fumo sine fumus allioſa
 In canã nebulas cauas, & imbres
 Mentitur dap̄is in macrã figurã.
 Quam ſomnus pater eſuritionum
 Depingit ſatur vnctiore naſo.
 Inuitant oculos vides, opimã
 Hinc, iſthinc epulã. Quid ò moraris?
 Quin dentes acuis, mo ues ſaliuam,
 Intendiſque auidas manũs cãcĩnis.
 Sed lances inhias, hianſque auaris
 Prãgulta oculis imaginofas
 Vanis de dapibus dapes, & umbrã
 Incundoſque dolos, gulamque fraudas.
 Fallaci cruciat ſitim Lyæo
 Ieiunus dolus, & dolor voluptas.
 Iſthac an ſaties ſitis, fameſque?
 Ah! paſcis nimium ſitim famemque,
 Semperque eſuriẽs ſatur nec vnquam
 Millena e dape tu dapem remandẽs.

N O T Æ.

1. Mandragora: *Somnum ſuo frigore conciliat, uti & papauer.*
2. Æthiops. *Fœdum omnino gula vitium, & puſilli animi, quo ſe quis ut pecus ad paſtum abijcit. O viles anima!*
3. Caput nubes. *Somnus e frigida humore ceu nebula cerebrum inuoluit.*
4. Pieta menſa. *Miris iſſque inanibus rerum ſimulacris nunc dolores, nunc gaudia, uti verſipellis Proteus ſomnus adumbrat, iſſque animo illudis tan-
tiſper*

tisper credulo, dum eas imagines vanitate ipsa vaniores contemplatur & aucupatur.

In specu oblitescit suæ conscius san-
ctimonix, ne miri partus sui conscia
fama in vulgus emanet, vnde post-
modum magis inclaruit.

Imago 9.

Lux clarior emicat umbris.

1. Sol vnum radium adicit
2. Iridi in specu exiguo, vnde
3. Ille radiat clarior.
1. Deus gratiam adspirat
2. Ioanni in cauerna latenti, vnde ille
3. Clarior gloria obscuro speleo emicat.

D Elituisse iuuat. Lux clarior emicat umbris.
Sic latuisse semel, sæpè micare fuit.

N O T Æ.

Spelunca qua dicta Sapsas in deserto olim Prophe-
tarum domicilijs celeberrima ad Iordanem, dissita
vno milliari à cinitate Iuda: ipsa vero tribus millia-
ribus inde dissita aditu difficilis, ascensu periculosa,
ingressu arctiori molesta; longa pedes 10. lata 6. in
qua spatium 6. pedum longum, latum 3. tanti olim
viricubile, ea autem in latere montem habet, quem
alii septem quasi superbis supercilijs coronant, ad cuius
ostium lymphidus fons salit & strepit. Cetera alioqui
tristè